

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Contemplacio af  
cum uariis

Quis enim nescit quod sicut ocium studiosum a carnalibus ineffabilem suauitatem sapiencie celestis infundit ocioso, ita spiritualis occupacio laborum sanctorum multiples affert fructus humane societatis occupato? Itineribus quidem diuersis incedunt sed ad unam patriam tendunt, et ad unum regnum disparibus militantes officiis, Christo rege omnium uocante, perueniunt.

Prosper libro III. de uita contemplatiua.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P v<sup>1</sup> v<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

ocium studiosum] studiosum ocium (*cor. intra*) M; suauitatem] suauitem (*cor. supra lin.*) B; occupato] occupatio v<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>